

INDEX

PARS I.

PENTATEUCHUS

SECTIO I.

De Moysse eiusque Pentateucho generatim spectato.

CAPUT I. *De persona Moysis.* pag. 2

Quaestio 1. An Moyses persona vera, vel ficta sit? » *ibi*

Quaestio 2. An Moyses omnibus legislatoribus, et scriptoribus gentilibus antiquior sit? » 5

Corollarium 1. Moyses suam doctrinam non ex gentilium poetarum, philosophorum aut legislatorum libris, sed hi potius ex Moysis Pentateucho, aliisque s. Scripturae libris magna ex parte hauserunt, quae veritati consona acute dixerunt, aut sapienter docuerunt. » 4

Coroll. 2. Turpiter errat Voltairius, dum ait, multis ante Moysen saeculis orientalium fabulas omnia illa mira attribuisse Baccho, quae postea iudaei Moysi affingebant » *ibi*

Quaestio 3. An Moyses sit auctor Pentateuchi? » *ibi*

II. Hac quaestione etiam discutitur, an Moyses lingua hebraica, vel aegyptiaca Pentateuchum scripserit? » 6

III. Cur Moyses in Pentateucho urbium meminerit, quae ipsius tempore nondum extitisse videntur? » *ibi*

IV. Cur Moyses in Pentateucho de se velut de tertia quadam persona loquatur? » 7

V. Cur ibidem seipsum vocet *virum milissimum, Deo maxime familiarum*? » *ibi*

VI. Quomodo Moyses res gestas ante diluuium, aut res diu post obitum suum eventuras, quae in Pentateucho narrantur, scire potuerit? » 8

CAPUT II. *De chronologia mosaica aliisque ad Pentateuchum generatim spectatum pertinentibus.* » 10

Quaestio 4. An mosaica chronologia de duratione mundi praefenda sit

chronologiae aegyptiorum, chaldaeorum, sinensium et indorum? » pag. 10

Quaestio 5. An Moyses mira, quae de ipso in Pentateucho narrantur, reipsa patrarit? » 15

Quaestio 6. An etiam veteres historici profani et gentiles de rebus, quae in Pentateucho, vel aliis antiqui testamenti libris referuntur, mentionem faciant. » *ibi*

Quaestio 7. An Pentateuchus usque ad nostra tempora integer conservatus sit? » 17

SECTIO II.

De quinque libris Pentateuchi speciatim sumtis.

CAPUT I. *De libro Genesis.* » 19

Quaestio 8. An Genes. c. 1, v. 1, legendum sit: *In principio creavit Deus coelum et terram*, prout nostra vulgata legit; vel potius: *fecerunt Dii coelum et terram*, ut Voltairius vult? » 20

Quaestio 9. Qualis fuerit illa lux, quam Deus Genes. c. 1, v. 3, creavit? Item an tres primi dies sine sole dari potuerint, qui primum quarto die conditus est? » *ibi*

Quaestio 10. Quenam sint illae aquae, quae Genes. c. 1, v. 6 et 7, dicuntur super firmamentum esse, et divisa sunt ab aquis sub firmamento existentibus? » 21

Quaestio 11. Quomodo situs Paradisi terrestris Genes. c. 2, v. 10, et seq. descriptus, cum hodierna geographia conciliari queat? » 22

Quaestio 12. An ea, quae Genes. c. 5 de serpente Evam tentante narrantur, fide digna sint? Nimirum » 24

I. Cur Eva cum serpente sermones miscuerit? » *ibi*

II. Quare Eva admiratione non sit

- capta super loquente bestia? Item quod Eva adhuc tam innocens et sapiens accusationibus Dei a serpente prolatis sine indignatione auscultarit? pag. 25
- III. Cur Deus v. 14, serpenti maledixerit, etsi non serpens, sed diabolus, serpente tanquam organo usus, hominem seduxerit? Item quod serpenti de se innocenti in poenam denuntiavit: *super pectus tuum gradieris, et terram comedes, etc.*? Quasi vero serpens ante lapsum primorum parentum terram non comederit, et super pectus suum non reptarit. » ibi
- IV. Unde serpens loquendi facultatem habuerit? Ubi etiam quaestio oritur, quo idiomate haec bestia locuta sit, hebraico, graeco, an latino, germanico, gallico, an italiano? » 27
- Quaestio 13. An tentatio Evae per serpentem duntaxat allegorice sumenda sit, intelligendo nomine serpentis nil aliud, quam tentationem veneream, et nomine peccati primorum parentum consensum in hanc tentationem? » ibi
- Item an Origenes tentationem Evae per serpentem duntaxat allegorice exponat? » 29
- Quaestio 14. An de arca Noe sequentia sint fide digna. 1. Quod ingentem huius arcae fabricam Noe cum tribus filiis suis perficere potuerit? 2. Quod omnes omnium animalium species cum suis alimentis in arca sufficiens spatium et locum invenerint? Ubi etiam quaestio oritur, quomodo tunc de carnibus per integrum annum, quo diluvium duravit, vescendis prospectum fuerit carnivoris animalibus, leonibus, ursis, aquilis, lupis, etc. 3. Quod ex remotissimis terris, et ultimis Americae plagis omnes omnium animalium species ad arcam venerint? 4. Quod manucodiata (*Avis paradisiaca*) in arca commorari tanto tempore potuerit, cum non nisi coeli rore nutriatur, et pedibus carens nullibi consistere valeat, sed in perpetuo volatu sit? » 30
- Quaestio 15. Quid incredulis respondendum ad sequentia de diluvio dubia? 1. Sitne credibile, quod diluvium fuerit universale, et totum globum terrestrem operuerit? 2. Unde tanta aquarum quantitas et abundantia? 3. Quem in finem

- aqua totum globum terrestrem operuerit, cum humanum genus tunc solam Asiam habitaret. 4. Unde columba, finito diluvio, si hoc universale fuit, oleam attulerit, praesertim cum olivae in Armenia non crescant, nec eae anno integro sub aquis virere potuerint. 5. Quomodo verba illa vulgatae Latinae Genes. c. 8, v. 6 et 7: *Noe dimisit... corvum, qui egrediebatur et non revertebatur, concilientur cum textu hebraeo dicente: Exiit (corvus) egrediendo et redeundo, etc.* 6. Quomodo iris Genes. c. 9, v. 12 et 13, post diluvium in nubibus poni potuerit tanquam signum foederis inter Deum et homines; quasi vero ante diluvium nulla iris unquam apparuisset. 7. Qua via homines et animalia post diluvium ex arca egressa pervenire potuerint ultra lacus et maria in remotissimas insulas, ipsamque Americam a reliquis orbis partibus immenso mari seiunctam. pag. 35
- Quaestio 16. An anni primorum hominum et patriarcharum ante diluvium viventium fuerint nostris annis pares. » 41
- Corollarium. Crasse hallucinatur auctor impij libri *Horus* dieti, dum annos vitae Adami, caeterorumque patriarcharum ante diluvium existentium fuisse tantum totidem *menses lunares* affirmat » 42
- Quaestio 17. An omnia, quae de rebus post diluvium gestis in I. Genes. narrantur, credibilia sint. 1. Quod Noe posteri voluerint aedificare *turrim cuius culmen pertingat ad coelum*. Genes. c. 11, v. 4. 2. Quod Loth uxor Genes. c. 19, v. 26, vere in statuum salis conversa fuerit. 3. Quod Iacob ad filium suum Ioseph Genes. c. 37, v. 10, dixerit: *Num et ego, et mater tua adorabimus te super terram?* cum tamen Rachel mater Iosephi tunc iam mortua fuerit. 4. Quod Ioseph de pistorum Pharaonis praefecto Genes. c. 40, v. 19, cum veritate vaticinatus fuerit: *Pharao auferet caput tuum, ac suspendet te in cruce*. An malefactores, amputato capite, suspendantur. » 44
- CAPUT II. De libro *Exodi*. » 45
- Quaestio 18. An virgae magorum aegyptiacorum Exod. c. 7, v. 11 et 12, in veros serpentes versae sint? » ibi
- Quaestio 19. An non sit contradi-

- ctio inter Exod. c. 7, v. 20 et 21, ubi dicitur, quod Moyses aquam in tota terra Aegypti converterit in sanguinem, et v. 22, ubi dicitur, quod magi aegyptiaci fecerint *similiter*. Quomodo enim hi fecerunt similiter, cum non amplius fuerit in Aegypto aqua, quae non iam prius a Moysse fuerit in sanguinem conversa? pag. 46
- Quaestio 20. An non sit contradictio inter Exod. c. 9, v. 6, ubi affirmatur, quod mortua sint omnia animantia Aegyptiorum, et v. 9, ubi animantia ulceribus inficienda praedicuntur: *erunt in hominibus et iumentis ulcera*. Quomodo enim in iumenta potuit plaga ulcerum desaeivire, si iam antea mortua fuere omnia animantia? » 47
- Quaestio 21. An Moyses fuerit dux hebraeorum arrogans et truculentus. » ibi
- Quaestio 22. Quare Moyses cum sexcentis millibus bellatorum, qui armati exierant ex Aegypto, fugerit coram Pharaone, et non potius expugnarit totam Aegyptum recente primogenitorum morte consternatam. » 48
- Quaestio 23. An in transitu hebraeorum per mare rubrum miraculum intervenerit. » ibi
- Ubi etiam controversia discutitur, utrum israelitae totam latitudinem alvei maris rubri transierint, vel solum descripto velut semicirculo ad eisdem litoris, per quod ingressi erant, superiora reflexo itinere evaserint. » 53
- Ventilatur etiam quaestio: Quomodo vitulus aureus Exod. c. 32, v. 20, a Moysse conteri usque ad pulverem, et hic pulvis potabilis reddi potuerit. » 54
- Quaestio 24. Cur Moyses hebraeos per desertum itinere 40 annorum duxerit, cum eos intra spatium aliquot dierum ex Aegypto in terram promissionis deducere potuisset. » 55
- CAPUT III. De libro *Levitic* » 56
- Quaestio 25. Ad quid profuerint innumeratae leges caeremoniales in libro *Levitic* et *Deuteronomii* contentae, quibus populus israeliticus onerabatur. » 57
- Quaestio 26. Quomodo leges caeremoniales de illicito esu quorundam animalium, salva veritate historica rerum naturalium, explicari pos-
- sint, ex. g. dum Lev. c. 11, v. 6, esus leporis prohibetur, quia lepus ruminat quidem, sed ungulam non dividit; quod falsum videtur esse utrumque. Item dum Levit. c. 11, v. 13, israelitis prohibetur, ne gryphem comedant; cum tamen incertum sit, an gryphes dentur. pag. 58
- Quaestio 27. An lex Lev. c. 2, v. 1, dicens: *Anima cum obtulerit oblationem sacrificii Domino, simila erit eius oblatio, fundetque super eam oleum et ponet thus*, non contradicat legi Lev. c. 3, v. 11, quae sic habet: *Offeret pro peccato suo similiae partem Ephrae decimum. Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet; quia pro peccato est*. An praecipere, et prohibere idem (nimirum affusionem olei et impositionem thuris) non sint leges sibi oppositae. » 61
- Quaestio 28. An circumcisio originaliter sit ex praecepto divino, quod Deus Abrahamo, et israelitis dedit, vel an hic ritus iam ante Abrahamum apud aegyptios usitatus fuerit. » ibi
- CAPUT IV. De libro *Numerorum*. » 64
- Quaestio 29. Utrum verisimile sit tam grandes uvae in Palestina crescere, ut duo viri exploratores unam earum ex palmitibus pendentes in vecte portaverint. » ibi
- Quaestio 30. Sitne credibile quod asina Balaami locuta sit, cum tamen locutio rationem supponat. » ibi
- Quaestio 31. An credibile sit quod Deus (uti Num. c. 23, narratur) propter fornicationem alicuius israelitae cum scorto Madianitide commissam, caedem 24,000 israelitarum praeceperit aut approbarit. » 66
- Quaestio 32. Utrum verisimile sit quod a caesis madianitis ingens illa praeda reportata fuerit, quae Num. c. 31, describitur. » ibi
- Quaestio 33. An odium hebraeorum erga chanaanos, quale Num. 33, v. 30, et seqq. velut a Deo israelitis praeceptum describitur, fuerit iustum et licitum. » 69
- CAPUT V. De libro *Deuteronomii*. » 72
- Quaestio 34. An non sit contradictio, dum Deut. c. 1, v. 1, dicitur: *Haec sunt verba, quae locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem*; cum tamen alibi, nempe Deut. c. 32, v. 50, dicatur, quod Moyses Iordanem nunquam sit transiturus. » ibi

- Quaestio 55. Quomodo explicentur verba Deut. c. 4, v. 2, ubi Moyses dicit: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor*; cum tamen postea plurima addiderint Iosue, Iudices, David, Salomon et omnes prophetae. pag. 72
- Quaestio 56. Quomodo hi duo textus Deut. c. 12, v. 13: *Occide et comede, sive immundum fuerit, sive mundum*: Deut. c. 14, v. 5: *Ne comedatis, quae immunda sunt, inter se concilientur.* » 73
- Quaestio 57. An Deuteronomium c. 16, v. 2, dicens: *Immolabis phase de ovibus et de bobus*, non contradicat libro Exodi c. 12, v. 11, ubi non nisi agnus pro phase immolari permittitur. » ibi

- Quaestio 58. An omnia, quae de Palaestina in Pentateucho vel in libro Iosue dicuntur sint verisimilia. Nimirum pag. 74
- I. An Palaestina mereatur dici spatiosa, aut latissima; prout Exod. c. 3, v. 8, et Iosue c. 13, v. 4, dicitur; cum tamen s. Hieronymus ipsemet fateatur eam esse regionem exiguam. » ibi
- II. An verisimile sit, in regione tam exigua ante adventum hebraeorum regnasse triginta et unum reges; prout Iosue, c. 12, narratur. » ibi
- III. An tam fertilis et foecunda fuerit Palaestina, quemadmodum Deut. c. 8, v. 7-11, et c. 32, v. 13 et 14 a Moysse describitur. » 75

PARS II.

LIBRI IOSUE, IUDICUM ET RUTH

SECTIO I.

De libro Iosue.

- Quaestio 1. An transitus Iordanis Iosue c. 3, v. 16 et 17 fuerit miraculum. pag. 78
- Quaestio 2. An muri urbis Iericho Iosue c. 6, absque miraculo collapsi sint. » 79
- Quaestio 3. Quid sentiendum sit de illa quorundam sententia, qui putant non omnes in toto ambitu urbis Iericho muros fuisse collapsos, sed eos praecipue, qui israelitico exercitui fuere oppositi. » 81
- Quaestio 4. An sol ad imperium Iosue vere steterit, ita ut dies reapse prolongatus fuerit. » ibi
- Hac quaestione etiam discutitur, an, vel cur scriptores profani veteres de grandi hoc miraculo sileant. » 83
- II. An Iosue gloria miraculorum Moyssem superaverit. » 86
- III. Quomodo stare possit veritas illius effati s. Scripturae dicentis: *Non fuit antea, nec postea tam longa dies*; cum tamen tempore Ezechiae regis, quando sol decem gradibus retrocessit, dies videatur longior fuisse, quam tempore Iosue. » 87
- IV. An observationes astronomicae omnes fallant, si ad imperium Iosue dies prolongatus est. » ibi

- V. Cur Iosue non dixerit: *Sta terra*, sed *Sta sol*; cum tamen terra circa solem, et non sol circa terram moveatur. pag. 88
- VI. An illa verba: *Steteruntque sol et luna*, proprie et in sensu stricto, vel tantum improprie et in sensu poetico ac hyperbolico sumenda sint. » 89
- Quaestio 5. Quomodo concilientur verba Iosue c. 11, v. 21 et 22: *Iosue interfecit Enacim... non reliquit unum de stirpe Enacim*, cum verbis Iud. c. 1, v. 20, ubi dicitur: *Caleb delevit ex Hebron tres filios Enacim.* » 90
- Quaestio 6. Quomodo liber Iosue secum ipso concordet, dum urbem Ierusalem modo tribui Benjamin, modo tribui Iuda assignat. » ibi
- Quaestio 7. Quomodo verba Iosue c. 11, v. 18, 19 et 23: *Ita percussit (Iosue) omnes, ut nullas ex eis dimitteret reliquias... Omnes civitates bellando cepit... Cepit Iosue omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moyssem, quievitque terra a praeliis*, concordent cum capite 17, v. 12, et c. 18, v. 2, quibus plurimos adhuc chanaanacos, urbes et arces expugnandas superfuisse perhibetur. » ibi
- Quaestio 8. Quomodo Iosue israelitas in Sichem congregatos potuerit sistere in conspectu Domini, et po-

nere lapidem in sanctuario Domini Iosue c. 24, v. 1 et 26; cum sanctuarium et arca tunc, Iosue c. 18, v. 1, non fuerit in Sichem, sed in Silo. pag. 91

SECTIO II.

De libro Iudicum.

- Quaestio 1. Quid nomine *Iudicum* hic intelligatur. » ibi
- Hac quaestione etiam discutitur, quodnam et quotuplex horum Iudicum fuerit officium. » 92
- II. Utrum illi iudices etiam vocari possint *reges* populi israelitici. » ibi
- III. Quenam tempore iudicum fuerit forma israeliticae reipublicae. An monarchica, vel aristocratica, vel democratica. » 93
- Quaestio 2. Utrum israelitae tempore iudicum certum ac definitum verae religionis systema habuerint. » ibi
- Hac quaestione discutitur, an israelitae tempore iudicum crediderint tantum unicum verum Deum (nempe Israelis) dari, vel totidem Deos esse quot diversae ditiones, aut regiones sunt. » 94
- II. Utrum israelitae in Palaestina falcatos currus habere potuerint, cum in montosa illa regione non alia iumenta, quam asinos habuerint. » 97
- Quaestio 3. Quo sensu Iud. c. 1, v. 8, Ierusalem dicatur ab israelitis capta et tota exusta; cum tamen diu postea II. Reg. c. 3, David eam, pulsus iebusaeis, primum expugnavit. » 98
- Quaestio IV. Cur tribus *Dan*, Iud. c. 8, v. 1, quaesierit possessionem sibi, ut habitaret in ea; etsi iam antea, Iosue c. 19, v. 40, una cum aliis tribubus partem suam acceperit. » ibi
- Quaestio 5. An verisimilia sint, quae de praelio, quod Barak, comitante Debora, Iud. c. 4, inicit cum Sisara, ibidem narrantur. » ibi
- Hac quaestione etiam discutitur, utrum ad radicem montis Thebor, ubi hoc praelium commissum est, sit vasta planities. » 99
- II. Utrum Azor, ubi Iabin rex chanaanacus, cuius bellidux erat Sisara, residebat tantum fuerit vicus, vel potius urbs munita. » 100
- III. Cur Sisara fugiturus, curru suo desilierit, et pedibus fugerit. » 101
- IV. An Iabel caput Sisarae clavo transficens peccavit. » 105
- Quaestio 6. An s. Scriptura in voto Iephthe abominabilem quarundam gentium morem, quae homines velut victimas Diis suis immolarunt, approbet. pag. 105
- Quaestio 7. Quomodo historia de examine apum, et favo mellis in ore leonis a Samsone occisi reperto Iud. c. 14, v. 8, congruat cum experientia et unanimi testimonio Aristotelis, Varronis, Plinii, aliorumque rerum naturalium investigatorum asserentium, apes procul a putredine fugere, nec unquam illuc accedere, ubi foeda sunt cadavera, vel sanguis, vel caro. » 106
- Quaestio 8. Quomodo verisimile reddi possit, quod Spiritus Domini, Iud. c. 14, v. 6 et 19; item c. 15 v. 14, in Samsone irruerit, ac eisdem insolitum illud corporis robur concesserit; etiamsi Samson contra legem Dei, Exod. c. 34, v. 12, et Deut. c. 7, v. 5, graviter videatur deliquisse ducendo uxorem alienigenam, mulierem philisthaeam. » 109
- Hac quaestione etiam discutitur, utrum mulier philisthaea, quam Samson uxorem duxit, fuerit Dalila. » 111
- Quaestio 9. An non fabula potius, quam historia illud sit, quod Scriptura, Iud. c. 15, de vulpibus Samsonis narrat. » ibi
- Hac quaestione discutitur, num verisimile sit, unum hominem, nempe Samsonem, tercentas vulpes cepisse. » 112
- II. Item Samsonem caudas harum vulpium ad caudas iungere, et faces in medio ligare potuisse. » 115
- III. Cur non Samson ipsemet in segetes philisthaeorum ignem iniecerit, aut loco vulpium canes, feles, aut lepores adhibuerit. » 114
- Quaestio 10. An verisimile sit, quod Samson, Iud. c. 15, v. 15, maxilla asini mille viros interfecerit. Item quod ad levandam Samsonis sitim aqua de maxilla asini scaturierit, et hic fons Samsonis per multa secula (ut interpretes communiter asseverant) fluxum suum continuaverit, et fortassis etiamnum continuet. » ibi
- Quaestio 11. An verisimile sit, quod philisthaei, cum audissent, Iud. c. 16, v. 2, quod Samson urbem Gazam ingressus sit, et ibidem apud mulierem meretricem divertat, hu-

- ius domum non invaserint, ut Samsonem ibi iaculis confoderent, vel cremarent una cum domo. Item an verisimile, quod Samson ambas urbis Gazae fores (ibid. v. 5) cum postibus suis et sera ad verticem montis portarit, ac tam latos humeros habuerit, ut iisdem geminas portae fores imponere potuerit; item an verisimile, quod custodes, qui ad portam civitatis, Iud. c. 16, v. 2, tota nocte cum silentio praestolabantur, ut facto mane exeuntem occiderent, Samsonem ab egressu et violenta ablatione forium portae urbis non impedierint. pag. 117
- Quaestio 12. An credible sit quod Deus Samsoni, Iud. c. 16, v. 28, 29 et 30, supernaturales vires concesserit ad duas columnas domus concutiendas, et sic ulciscendum se de hostibus suis, et seipsum cum illis occidendum; cum tamen odium inimicorum, et occisio suis ipsius sint iure naturae prohibita. » 119
- Hac quaestione etiam discutitur, num Samson animae immortalitatem crediderit. » 123
- II. An dubia sit Samsonis aeterna salus. » ibi
- III. Quid sentiendum sit de revelationibus, quae dicuntur esse s. Matildis. » 124
- Quaestio 15. An non melius scriberetur et diceretur Simson, quam Samson? Eadem quaestio instituitur de omnibus aliis nominibus propriis originaliter hebraicis in s. Scriptura occurrentibus, et examinatur: Utrum scribi et pronun-

tiari haec nomina debeant, prout in textu originali hebraeo scripta sunt, et a novellis hebraizantibus pronuntiar solent; vel potius, prout in vulgata nostra latina, et in graeco textu septuaginta interpretum scripta sunt, et a nobis vulgo pronuntiantur. pag. 124

SECTIO III.

De libro Ruth.

- Quaestio 1. Cur liber Ruth medius ponitur inter librum Iudicum, et libros Regum. » 131
- Quaestio 2. Cur Elimelech, Ruth c. 1, v. 1, dicitur fuisse de Bethlehem Iuda; cum eius filii ibid. v. 2, appellentur ephraemae, quasi de tribu Ephraim. » ibi
- Quaestio 3. An filii Elimelech natione iudaei, licite acceperint, Ruth c. 1, v. 4 et 13, uxores moabitidas. » ibi
- Hac quaestione etiam discutitur: An Booz, Ruth c. 4, v. 13, israelita licite nupserit Ruth moabitidi. » 132
- Quaestio 4. An ab suo in Iudaeam comitatu Rutham et Orpham dehortando Ruth c. 1, v. 8, etc., non peccaverit Noëmi. » 133
- Quaestio 5. An Noëmi non peccarit dando Ruthae ridiculum, peneque leoninum consilium, Ruth c. 3, v. 4, et ostendens eidem modum invitandi Boozum ad matrimonium secum ineundum. » 135
- Hac quaestione etiam discutitur, an non peccarit ipsa Ruth exequendo hoc consilium. » 136

PARS III.

LIBRI IV. REGUM, II. PARALIPOMENON ET II. ESDRAE

SECTIO I.

De quatuor libris Regum.

- CAPUT I. De libro I. Regum. pag. 138
- Quaestio 1. Quomodo Elcana, I. Reg. c. 1, v. 1, dici possit Ephraemaeus, quasi ex tribu Ephraim oriundus; cum tamen, I. Paralip. c. 6, v. 36, dicatur fuisse ex tribu Levi. » ibi
- Quaestio 2. Quomodo illa Domini verba ad Heli, I. Reg. c. 2, v. 32: *Videbis aemulum tuum in templo*, explicanda sint. Nam iste aemu-
- lus neque potuit esse Samuel, quia hic nunquam fuit sacerdos; hoc loco autem sermo est de aemulo, qui sit sacerdos summus. Neque Sadoc (ut interpretes communiter censent); quia Heli diu ante Sadoc mortuus est, adeoque hunc in templo videre non potuit » 139
- Quaestio 3. An Samuel I. Reg. c. 7, v. 17, licite aedificavit altare in Ramatha, etsi tabernaculum foederis tunc alibi fuerit » ibi
- Quaestio 4. Quomodo Samuel inter

- judices populi israelitici ponere potuerit Badan, I. Reg. c. 12, v. 11, dicens: *Misit Dominus Ierobaal, et Badan, et Iephthe, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum*; cum tamen nullus inter iudices sciatur Badan nomine. pag. 140
- Quaestio 5. Num verisimile sit, quod Saul tam enormem exercitum habuerit, qualis, I. Reg. c. 11, v. 8, his verbis: *Et recensuit eos in Bezech; fueruntque filiorum Israel trecenta millia*, describitur. » ibi
- Hac occasione etiam discutitur quaestio: quomodo, aut quibus armis Saul et Ionathas Israelis hostes superare potuerint; cum illo tempore in omni terra Israel non inventus fuerit faber ferrarius, qui israelitis arma cuderet, nec in die praelii ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule et Ionatha filio eius; prout I. Reg. c. 15, v. 19 et 22 dicitur. » 141
- Quaestio 6. Quomodo solus Ionathas et armiger eius, I. Reg. c. 14, v. 14, potuerint percutere viginti philisthaeos, cum tamen hi eos, ibid. v. 11, viderint adventantes. » 142
- Quaestio 7. An Samuel regimen despoticum tyrannorum solemniter approbarit, dum I. Reg. c. 8, v. 11, et seq., ius regis ita descripsit: *Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis; Filios vestros tollet, et ponet in curribus suis, etc.* » 143
- Quaestio 8. An Samuel fuerit vir ambitiosus, et an ideo postulatio populi israelitici regem petentis ipsi displicerit, quia praevitit, sic ius iudicis super Israel sibi, filisque suis adimendum. » 143
- Quaestio 9. An fundata sit suspicio, quod Samuel non ex instinctu divino, sed ex conventionem humana cum Saule inita hunc regem elegerit ex spe, Saulem in regendo populo nil nisi ex voluntate et iussu suo (i. e. Samuelis) acturum? Item an Samuel Saulem neo-electum regem domum redire iusserit; ipse vero loco huius neo-electi regis populum multis adhuc annis regere perrexerit, novo rege Saule interim vitam privatam ducente » ibi
- Quaestio 10. An Samuel I. Reg. c. 15, v. 22-33, ex laudabili zelo Saulem regem increpaverit, ac a Deo abiectum pronuntiarit, eoquod
- capto regi Agag ex humanitate et misericordia pepercerit; item: An decuerit virum sanctum et propheetam, qualis dicitur fuisse Samuel, miserum et captivum regem Agag, ibid. v. 33, immisericorditer in frustra concidere. pag. 147
- Quaestio 11. An Samuel fuerit seditiosus, et turbarum in regno Israel, ac dissidii inter regem Saul et Davidem auctor. » 148
- Quaestio 12. Quomodo Deus, I. Reg. c. 15, v. 13, praeparare, i. e. confirmare in aeternum potuerit regnum Sauli, qui erat ex tribu Benjamin; cum tamen, Genes. c. 49, v. 10, iam multis ante seculis sceptrum Israel promissum fuerit tribui Iuda. » 150
- Quaestio 13. Quomodo explicari possint verba illa, I. Reg. c. 15, v. 1: *Filius unius anni erat Saul, cum regnare coepisset; duobus autem annis regnavit*; cum tamen Saul neque unius duntaxat anni filius fuerit, quando regnare coepit, neque duobus tantum annis regnarit. » ibi
- Quaestio 14. Quomodo intelligenda verba illa, I. Reg. c. 16, v. ult.: *Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat cytharam, et percutiebat manu sua, et refocillabatur Saul et lenius habebat*. Quis est iste spiritus Domini malus? Si fuit spiritus Domini, quomodo simul potuit esse malus? Dein qualis est proportio aut vis musices ad fugandum spiritum. » 151
- Quaestio 15. Quomodo intelligendum illud, I. Reg. c. 18, v. 10: *Invasit spiritus Dei malus Saul, et propheta- tabat in medio domus suae*; cum tamen propheta sit boni et non mali spiritus. » 153
- Quaestio 16. Quomodo concordent haec duo, dum, I. Reg. c. 15, v. 33, dicitur: *Non vidit Samuel ultra Saul usque in diem mortis suae*, et tamen postea, I. Reg. c. 19, v. 24, *Saul coram Samuele* (adeoque hoc vidente) *tota die prophetasse*, narratur. » ibi
- Quaestio 17. Quorsum I. Reg. c. 24, v. 4, narretur, quod *Saul ingressus fuerit speluncam, ut purgaret ventrem*. An non hoc et plura alia similia in Scripturis sunt inutiliter dicta, imo eloquio Dei indigna et indecentia? » 154
- Quaestio 18. Quomodo Pythonissa in Endor, I. Reg. c. 28, v. 12, Sa-

- muelis animam ab inferis resuscitare potuerit. An animae etiam sanctae, qualis fuit illa Samuelis, in sua quiete arte magica turbari possint? Aut an non ipse Samuel, sed tantum daemon illusor in forma Samuelis apparuerit Sauli? pag. 157
- Quaestio 19. An Saul aeternum damnatus sit. » 162
- Quaestio 20. Num credibile sit, quod David gladium Goliathi tractare, eoque in secando et pugnando uti potuerit; cum tamen Goliath ingens gigas altitudinis sex cubitorum et palmi, I. Reg. c. 17, v. 4, David autem tunc adhuc puer seu adolescens, ibidem v. 55 et 42, fuerit. » 163
- Quaestio 21. Quomodo David, I. Reg. c. 15, v. 14; et Actor. c. 15, v. 22, cum veritate dici possit *Vir secundum cor Dei*; cum tamen praeter adulterium cum Bethsabea, et homicidium Uriae, etiam alia delicta commiserit. » 165
- CAPUT II. De libro II. Regum. » 169
- Quaestio 22. Quomodo concordet sermo Amalecitarum, II. Reg. c. 1, v. 30, narrantis, se occidisse Saulem, cum illis Scripturae, I. Reg. c. 51, v. 4 et 5, verbis: *Dixitque Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et percutite me. — Et voluit armiger eius; — arripuit itaque Saul gladium, et irruit super eum, etc.* Nam si Saul seipsum occidit, quomodo ab Amalecitis occidi potuit. » ibi
- Hac occasione etiam discutitur quaestio: An David peccaverit, aut crudelis fuerit, quod Amalecitam illum e vestigio, ut videtur, interfici iusserit, nullo ipsi relicto spatio temporis agendi poenitentiam, et sese ad mortem disponendi. » ibi
- Quaestio 23. Quo sensu Deus, II. Reg. c. 7, v. 15, de Salomone dicit: *Misericordiam meam non auferam ab eo*; cum tamen Salomon probabiliter aeternum perierit. » 170
- Quaestio 24. Quo sensu, II. Reg. c. 8, v. 18, dici possit: *Filii David sacerdotes erant*; cum tamen sacerdotes non ex tribu Iuda (ex qua David erat) sed tantum ex tribu Levi fuerint. » ibi
- Quaestio 25. Quomodo haec verba, II. Reg. c. 10, v. 48: *Occidit David de Syris septingentos currus, et quadraginta millia equitum, conciliari possint cum illis, I. Paralip. c. 19, v. 28, verbis: Et interfecit David de Syris septem millia currum et quadraginta millia peditum. An non aliud sunt septingenti currus, quam septem millia currum, et aliud quadraginta millia equitum, quam quadraginta millia peditum?* pag. 170
- Quaestio 26. An David dum II. Reg. c. 12, v. 51; item I. Paralip. c. 20, v. 5, super cives expugnatae urbis Rabbath ferrata carpenta circumegit, sicque eos serravit, et cultris divisit, a crudelitate excusari possit. » 171
- Quaestio 27. Num credibile sit, quod David II. Reg. c. 12, v. 50; item I. Paralip. c. 20, v. 2, coronam regis Ammonitarum tulerit de capite eius, et eandem, licet talentum auri (i. e. 125 libras romanas) ponderaverit, imposuerit capiti suo. » 172
- Quaestio 28. Num credibile sit, quod Absalon quotaannis, II. Reg. c. 14, v. 26, ponderaverit capillos capitis sui detonsos ducentis siclis, i. e. octo libris romanis cum triente; cum tamen capillis unius hominis non possit anniversaria tonsione tantum ponderis inesse. » 173
- Quaestio 29. An non sit absurdum, et fabulae proximum, quod Absalon, II. Reg. c. 18, v. 9-15, propriis suis capillis in arbore suspensus fuerit, et quidem per aliquam temporis moram. » 175
- Quaestio 30. Quomodo Adeodatus filius Saltus II. Reg. c. 24, v. 19, Goliath Gethaeum percutere potuerit; cum iste, I. Reg. c. 17, v. 14, iam antea a Davide fuerit occisus. » 176
- Quaestio 31. An verisimile sit, quod in Palaestina regione tam exigua tempore Davidis fuerint octingenta millia virorum fortium, et in sola tribu Iuda quingenta millia pugnantorum, ut Scriptura, II. Reg. c. 24, v. 9, dicit: aut quod facta iam divisione regni Israel a regno Iuda, in solo regno Iuda II. Paralip. c. 17, v. 15, 19, sub rege Iosaphat fuerint viri bellatores et robusti (exceptis aliis, quos posuerat in urbibus muralis in universo Iuda) ad undecies centena et sexaginta millia. » ibi
- Quaestio 32. An verisimile sit, quod Deus optimus ob numeratum a Da-

- vide populum 70 millia virorum, II. Reg. c. 24, v. 13; item I. Paralip. c. 24, v. 14, pestilentia occiderit; cum tamen neutquam iniquum, sed potius officium principis sit, scire subditorum suorum, maxime militum, numerum. pag. 177
- Quaestio 33. Quomodo verba illa, II. Reg. c. 24, v. 9: *Dedit ergo Iob numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educent gladium, concordent cum illis, I. Paralip. c. 24, v. 5: Deditque Davidi numerum eorum, quos circumierat: et inventus est omnis numerus Israel, mille millia (i. e. millio) et centum millia virorum educentium gladium. An octingenta millia sunt idem, ac millio cum centum millibus?* » 179
- CAPUT III. De libro III. Regum. » 181
- Quaestio 34. An David sit reus perfidiae, perituri, et geminae meditatae caedis, dum propinquus morti Salomoni iussit, ut Iobabum et Semei interficiat, III. Reg. c. 2, v. 6 et 9, etiamsi Iobab in belligerando optime de Davide meritus; maledico autem Semei poena mortis iam pridem, Ibid. v. 8, a Davide condonata fuerit, et quidem iurato. » ibi
- Quaestio 35. An Salomon, III. Reg. c. 2, v. 25, iuste egerit, fratrem suum Adoniam occidendo. » 182
- Quaestio 36. An Salomon, III. Reg. c. 2, v. 26 et 27, Abiatharem summum Pontificem iure exauctoraverit. » 184
- Quaestio 37. Quomodo verba illa, III. Reg. c. 5, v. 12, Dei ad Salomonem: *Dedit tibi cor sapiens, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit, explicari valeant; cum tamen Adam, Moyses, B. Virgo sapientiores fuerint Salomone.* » 186
- Quaestio 38. An verisimile sit, quod imperium Salomonis tam amplum fuerit, ut habuerit omnia regna a flumine terrae Philisthiim usque ad terminum Aegypti, etc. prout III. Reg. c. 4, v. 21, dicitur. » 188
- Quaestio 39. An descriptio cibi Salomonis, III. Reg. c. 4, v. 22 et 25, his verbis: *Erat autem cibus Salomonis per dies singulos, triginta cori similiae, et sexaginta cori farinae; decem boves pingues, et viginde boves pascuales, et centum arceles, excepta venatione cervorum, caprea-*
- rum, atque bubalorum, et avium altitium, verisimilis sit. pag. 190
- Hac occasione etiam discutitur, utrum verisimile sit, quod Ibid. v. 26 dicitur: *Et habebat Salomon quadraginta millia praesepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium.* » 191
- Quaestio 40. Num decens fuerit, Salomonem regem opulentissimum munera accipere a quadam regina ex Arabia adventante, scilicet a regina Saba; prout III. Reg. c. 10, v. 10, narratur. » 194
- Quaestio 41. An Salomon peccavit, habendo septingentas reginas, et trecentas concubinas, seu uxores secundarias, III. Reg. c. 11, v. 5: Item coaerando sibi, Ecclesiastis, c. 2, v. 8, *argentum et aurum.* » 195
- Quaestio 42. Quomodo Salomonis templum, III. Reg. c. 6, v. 7, aedificari potuerit, quin malleus, et securis, aut aliud instrumentum ferreum audiretur. » 196
- Quaestio 43. An templum Salomonicum ob architectonicam, III. Reg. c. 6, ac maiestatem suam dilaudari mereatur. » ibi
- Quaestio 44. Quomodo locus Scripturae, III. Reg. c. 7, v. 26, ubi de mari aeneo dicitur: *Duo millia batos capiebat, concilietur cum altero Scripturae loco, II. Paralip. c. 4, v. 5, ubi de eodem mari dicitur: Capiebat tria millia metretas, i. e. batos.* » 198
- Quaestio 45. An illud de mari aeneo III. Reg. c. 7, v. 25, assertum: *Fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium — et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum, salva geometria defendi possit, cum alicuius vasis, cuius diameter a labio ad labium est decem cubitorum, peripheria non tantum sit triginta, sed triginta et unius ferme cum dimidio cubitorum.* » ibi
- Quaestio 46. Quomodo illud, III. Reg. c. 7, v. 24, pariter de mari aeneo assertum: *Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare, cum geometria congruat, iuxta quam ambitus seu peripheria alicuius vasis, cuius diameter decem cubitorum est, nequaquam potest esse totidem seu decem duntaxat cubitorum.* » 199
- Quaestio 47. Quid sentiendum sit de illa Salomonis oratione III. Reg. c.